

neque Superioris licentia sub pena, in casu contraven-

tionis in unoquoque ex dictis capitibus, & carceris for-

malis in eodem monasterio ad annum pro qualibet vi-

nce. Quod diebus Veneris jejuret in pane, & aqua per

quinquennium, & in Sabbatis recitet rosarium inte-

grum B. Virginis usquequod vixerit: insuper quod de-

putetur ei doctus, & prudens confessorius, qui cam

instruat, & dirigat, nec sine ejus licentia accedat ad

Sacram Synaxim.

Quod Præpositus denique Padaverini Carolus Ca-

nonica, Canonicus Franciscus Cuggia, & Sacerdos

Gaspar Antonius Bosco. directores olim præfatæ Mo-

nialis acriter moneantur. Tandem quod hujusmodi de-

heretum publicetur.

Supradictum pontificium decretum à Supremâ, ac

Sacra Congregatione Eminentiss. & Reverendis. DD.

S. R. E. Cardinalium Inquisitorum Generalium sub 2.

currentis mensis Decemb. nobis transmissum, ut jux-

ta mentem SS. D. nostri divina providentia PP. Bene-

dicti. XIV. publicaretur; ordinamus ipsum typis man-

dari, & sic impressum publice exhiberi.

In quantum, &c. Fr. Jo. Dominicus Allouus Ord.

Prædicat. Magister. Loco Sigilli. Fr. Jo. Thomas Vi-

llata Ord. Prædic. S. Officii Taurini Secr.

in comment. ad constit. apostol. const. 16. Innoc. IV.

num. 26.

Eam non privatam, sed cumulativam esse, concors

est omnium sententia, nam possunt & hodie Episcopi

procedere in causis fidei. In Hispania vero habere

Inquisitores privatam jurisdictionem tenent Sanctarell.

de heret. cap. 40. dub. 2. n. 15. Caren. de Offic. Sacr.

Inquisitionis parti. 1. tit. 4. §. 3. num. 2.

Non aliter tamen Episcopus de jure procedere va-

let in causis fidei, quam cum sui capituli consilio cap.

Ad abolenda, de hereticis. Ceterum consuetudine obti-

nuit, ut procedat inconsulto capitulo. Passerin. in cap.

Per hoc num. 10. de heret. in 6. Farinac. de heret.

quæst. 283. num. 14.

An & prælati pollescent quasi episcopali jurisdic-  
tione procedere valeant in causis fidei, quæstionis est. Af-

firmant autem Passerin. in cit. cap. Per hoc num. 5. de

heret. in 6. & Carena de Offic. S. Inquisitionis parti. 1.

tit. 6. §. 4. num. 14.

Nota vero, quod Prælati Regulares (tametsi habeant

eandem quasi episcopalem jurisdictionem, procedere

haud possunt in causis fidei contra subditos Regulares

ex prohibitione constitutionis Pauli V. quæ incip. Romanus

Pontifex: ut in monument Bordon. in tribunal. cap. 27.

num. 1. Salliel. lib. 1. cap. 5. regul. 24. num. 42. Falli-

tur vero hic Auçtor, dum ait, quod Prælati Regulares

habentes quasi episcopalem jurisdictionem procedere nec

possunt in causis fidei contra subditos seculares, ut ob-

servat Card. Petra in comment. ad const. Apostol. constit. 16.

Innocent. IV. num. 20. D

IN-

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

INSANA, FABULOSA ET MENDOSA  
propositio.

Vide verb. Propositiones damnatae num. 42.

INSIGNIS, INSIGNITAS.

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesia collegiata potest esse insignis dupliciter, scilicet vel de jure, vel ex privilegio.
- 2 Quæ sit collegiata insignis de jure.
- 3 Quæ sit collegiata insignis ex privilegio.
- 4 Non omnis collegiata est insignis, sed alia insignis, & alia non insignis.
- 5 Quæ dicatur collegiata insignis.
- 6 Quæ dicatur collegiata non insignis.
- 7 Insignitas collegiata resultat etiam ex provisionibus apostolicis de prima dignitate cum onere assumendi gradum magistris, vel doctoratus in jure canonico intra annum.
- 8 Item insignitas collegiata probatur ex relationibus Episcoporum.
- 9 Collegiata non insignis à sua erectione potest progres-  
su temporis declarari insignis.
- 10 Qui locus sit, & debeat reputari insignis.
- 11 Canonici collegiatae insignis tenentur ad diurnam offi-

ciaturam in choro, quacumque consuetudine non

obstante.

12 Canonici autem collegiata non insignis, quomodo regu-

lariter tenentur ad assiduum chori seronium, &

13 Et sufficit si dicte limitationes concurrant alter-

14 Exemptio tamen à diurna officiatara in choro ob te-

15 Collegiata insignis præcedit alii non insignibus, etiam

16 Quomodo erectio collegiatae insignis fuerit cum clausula

17 Inter collegiatae insignis collegiata antiquior, quæ

18 Et sic inter duas collegiatae insignis à jure temper

19 Et hoc procedit, etiam si collegiata insignis posterior

20 Immo collegiata insignis antiquior præcedit insignem

21 Collegiata insignes fere cathedralibus æquiparantur.

22 Et quandoque præsertim in limine erectionis conce-

23 Adit. interantar, ad num. 28.

INX. H. 1707. D. B. 1711.

tam ejus administrationem ex qua cetera tribunalia fluere ceperunt, D. Inquisitori generali præcedendo, ut est

patens.

Non minori studio D. D. Philippus II. ut simili contagio citius, opportunèque succurreretur, paulo post ac

Regorum habenas assumptis, cupiditate fidem, cultum & religionem propagandi, hæreticos, apostatasque puniendi, fuit

ei visum necessarium, propria Inquisitionis tribunalia in Provinciis Americis ad instar Hispanorum erigere; in

urbe Lima, quæ Peruvii Regni est caput, unum: alterum in Nova Hispania Mexicana Metropoli: tertium

denique Civitate in Carthaginensi D. D. Philippo III. regnante (4). De quocumque crimine in materia fidei cog-

noscere, & procedere, Inquisitoribus facultatem competere, nullus est qui ambigat: omnesque huic Sancto Tri-

bu-

tia divina assistente, carissimus in Christo filius noster

Carolus Hispaniarum Rex, qui ut accepimus in decimo

octavo sue ætatis anno constitutus existit, succedenti-

bus annis nedum virtutes eorumdem Ferdinandi Regis,

& Elisabeth Regine imitabitur, sed divina favente ele-

mentia in virtutum earundem exercitio per amplius

proficiet, ac volentes propterea dictum Carolum Regem,

& ejus legitimam conjugem pro tempore existentem ti-  
tulo Catholicorum Regum decorare; motu proprio, &  
ex certa scientia, & potestatis plenitudine, dicto Ca-  
rolo Regi, & ejus legitimæ conjugi pro tempore existi-  
tenti, nomen, & titulum Regum Catholicorum in Dei  
nomine assignamus, eisque, & eorum cuilibet, quod de  
cetero Carolus Rex, & ejus conjux Regina præfati,  
cum eorum nominibus propriis, vel sine illis, Rex, &  
Regina Catholici denominari, & intitulari possint, seu  
quod aut, & quoties verbo, vel scriptis de Rege Catho-  
lico, aut Regina Catholica simpliciter nomine proprio  
non adjecto, mentio facta fuerit, solem, & dumtaxat  
dictus Carolus Rex, & ejus conjux Regina præfati, &  
nullus alius Rex, sive Princeps seculi intelligi debeat,  
auctoritate apostolica tenore presentium indulgemus.  
§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationi-  
bus apostolicis, ac omnibus illis, qui dictus Alexander  
Prædecessor in dictis voluit, non obstrare: Nulli ergo  
Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis  
Dominicæ millesimo quingentesimo decimo septimo  
Kalendas Aprilis Pontificatus nostri anno V.

(4) L. 1. tit. 19. lib. 1. Inl. Nuestrós gloriosos pro-

(3) Bull. Sancti D. Leonis.

LEO EPISCOPUS,  
SERVUS SERVORUM DEI,

Ad futuram rei memoriam.

P atricus, & æternus Rex, qui cuncta regit, simul

& terrena, mirabili providentia composuit, ac Reges,

& Principes super populum suum disposuit, eisdem

Regibus, & Principibus honorem, & reverentiam per

ipsum populum exhiberi præcepit, convenit etiam Nos,

qui ejusdem æterni Regis vice, licet immeriti gerimus

in terris, eisdem Reges, & Principes, præsertim illos

quoad progenitorum gloriosa memoria manet in seculo,

dignioribus titulis, & honoribus, quantum Nobis ab

eodem æterno Rege conceditur, decorare, ut in regi-

mine Populorum eis commissorum, eorum humeri ef-

ficiantur fortiores. §. 1. Dudum siquidem fel. rec. Ale-

xander Papa VI. prædecessor noster ad præclaras virtu-

tes, & merita cl. memor. Ferdinandi Regis, & Elisa-

(1) Concil. Tarracon. ann. D. 1242. Ibi: Cum Nos

Petrus miseracione divina Archiepiscopus Tarraconensis

inquisitionem inceptam pro bonæ memoriæ Berengarium

Barcinonensem Episcopum contra hæreticam pravitatem

in civitate Barcinonensi vellemus effectum mandare: inter

jurisperitos, qui nobiscum adderant, dubitationes

hinc inde variæ emeruerunt quare ut circa factum hæ-

resis, & inquisitionis de cetero finiendæ, in provincia

Tarraconensi clarius procedatur: collationibus inde fac-

tis cum Ven. Fratri Raymundo de Peñafort, Penitenti-

ario Domini Papæ, & aliis præventibus in processu

sententiarum hæreticorum, fautorum, suspectorum, re-

lapsorum, & penitentis eorum, secundum discretio-

nem nobis à Domino latam, ita duximus procedendum:

Bull. SS. D. Clement. VIII. Romana Catholica Ecclesia:  
§. 20. Quotobrem claræ memoriæ Jacobo Regi Aragoniæ,  
ejus nominis primo, in primis suasit, ut Sanctum  
Inquisitionis Officium suis in regnis institueret, ad hæ-

resim videlicet, quæ tunc ex nefaria Valdehsiam secta

recenter exorta erat, omnesque alias procul à finibus

ejus regni arcendas, atque ob hanc causam Concilio

Provinciali Tarraconensi adversus eosdem sectarios habito,

in ipsius Jacobo, interfuit. Lett. ult. die 23. Januar.

in Breviar. Rom. Ibi: Jacobo Aragoniæ Regi, Sacræ

Inquisitionis Officii suis in regnis instituendi, aucto-

rit fuit: L. 58. tit. 6. p. 1. Todo ome, que fuese acusa-

do de heregia: se debe juzgar, & librar por juicio de

Santa Iglesia. L. 2. tit. 26. p. 7. Los hereges pueden

ser acusados de cada uno del pueblo delante de los

Obispos, ó de los Vicarios, que tienen sus lugares: L. 1.

tit. 3. lib. 8. Herege es todo aquel que es christiano

bautizado, y no cree los articulos de la santa fe

catolica, ó alguno de ellos; y este tal, despues que

por el Juez eclesiastico fuere condenado por herege,

pierda todos sus bienes, y sean para la nuestra Camara.



**1** Ecclesia collegiata potest esse insignis dupliciter, scilicet, vel de jure, vel ex privilegio, communis. Collegiata insignis de jure dicitur illa, quae habet requisita descripta, & enumerata communiter à Doctoribus, nempe si sit matrix in loco, praecedatque aliis in publicis functionibus, sit antiqua, & conspicua quoad structuram materialem, & numerositatem dignitatum, & canonicorum, aliorumque ministrorum deseruientium, sitque in loco, seu oppido nobili, & numeroso, & peritorum copioso: Card. de Luca de praemin. disc. 8. n. 14. Card. Petra tom. 3. comment. in constit. 7. Innoc. IV. num. 26. Barbosa in e. Transmissa 33. de verb. signific. & lib. 2. c. 6. n. 15. jur. eccles. uniover. n. 15. & de Canonis c. 2. n. 18. & in Trident. sess. 24. de reformat. c. 12. n. 52. Massobrius in tract. de Synod. c. 4. dub. 14. n. 9. Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 14. n. 8. Corrad. in prax. benefic. lib. 2. n. 18. Ceccoper. lucubr. Canon. lib. 1. n. 75. Aloysius Riccius in collect. decr. part. 6. collect. 2350. vers. insignis: Mantica decr. 175. n. 2. Panimol. decr. 98. adnotat. 1. n. 24. Ursaya t. 1. part. 1. discip. 6. n. 39. & 175. Pitonius discipulat. 116. n. 35. & omnes alii scribentes in e. Statutum 11. de rescriptis in 6. & sic tenuit Rota decr. 29. n. 4. & 5. part. 2. diuersar. & part. 7. recent. decr. 288. n. 8. & Sacra Congreg. Rit. in Firmana 24. Martii 1622. apud Barbosam

de Canonis loc. cit. & Pitonium loc. cit. Collegiata insignis ex privilegio dicitur illa, cui à Summo Pontifice tale privilegium conceditur, ut ita vocetur Peregrin. in praxi Vicar. part. 1. sect. 5. n. 13. Ursaya l. c. n. 175. Non omnis autem Collegiata est insignis: alia enim est insignis, & alia non insignis: Card. Mantica decr. 175. num. 2. Corrad. loc. cit. ad num. 20. ad 22. Panimol. loc. cit. num. 24. & 25. Pellegrin. loc. cit. num. 13. & alii passim scribentes in cit. cap. Statutum 11. de rescriptis in 6. Insignis dicitur illa, quae habet supradictas qualitates enumeratas sub num. 2. quas Corradus loc. cit. num. 19. ex Rota in Mediolan. Propositura decr. 29. num. 8. part. 2. dicitur, reducit ad septem. Prima nempe qualitas collegiatae insignis est ejus matricitas. Secunda, nobilitas, & celebritas loci. Tertia, antiquitas ipsius. Quarta, & praecedentia ipsius super alias. Quinta, structura sui aedificii, tam intus, quam extra. Sexta, numerositas ministrorum in ea inseruientium. Septima, multitudo, & frequentia Christianifidelium ad eam pro diuinis officiis conuentium. Non insignis dicitur illa, quae habet exiguum numerum Canonicorum, modicos redditus, & inferiorem qualitatem seruicij, loci, & personarum; Mantica cit. decr. 175. n. 2. Corrad. loc. cit. n. 22. Pellegrin. loc. cit. num. 13. Pignatell. loc. cit. num. 25. & alii passim scribentes in cit. cap. Statutum 11. de rescriptis in 6.

In-

banali subiecta debere, est compertum; tamen cum personis Indici, quae in fide, christianaque religione prorsus non sint instructae, obster eorum incapacitas, merito Judices Ecclesiastici à criminis haereses cognitione non excluduntur; eadem facultas quae istis in sic procedendo conceditur, non denegatur ad eosdem Indos absolvendos à similibus, ceterisque in utroque foro reservatis: (5)

(5) Bulla Sancti Gregorii XIII.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum sicut exponi Nobis nuper fecit charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex catholicus, nonnulli confessores suorum Regnorum Hispaniarum tenuerint vigorem facultatum Cruciate dudum à fel. rec. Pio Papa V. praedecessore nostro Regnis praedictis, ac subditis ejusdem Philippi Regis, & aliis ad illa declinantibus concessa, ponentes à crimine haeresis absolvi posse: Unde nos per nostras in forma brevis desuper expeditas literas declaravimus, mentis ejusdem Pil praedecessoris, & nostrae non fuisse, nec esse ejusdem Cruciate, & quarumcumque indulgentiarum vigore alicui facultatem aliquam à crimine haeresis, seu aliis casibus Officio Sanctissimae Inquisitionis praedictorum Regnorum per diversos Romanos Pontifices praedecessores nostros, & Nos specialiter reservatis absolvendis concessa. Cumque hujusmodi declaratio per Nos, ut praefertur, facta in ipsis literis ejusdem Cruciate in eisdem Regnis, ac Indijs ejusdem Philippi Regis impressis, & distributi solita apposita fuerit, dubitatum praeterea ab aliquibus existit, utrum per praedictam nostram declarationem abrogatae censerentur facultates per diversos Romanos Pontifices praedecessores nostros, & Nos, venerabilibus fratribus Archiepiscopis, & Episcopis Indiaram ejusdem Philippi Regis concessa circa absolutiones Indorum utriusque sexus ab haeresi, & casibus Nobis, & Apostolicae Sedis reservatis. Quare pro parte ejusdem Philippi Regis fuit humiliter supplicatum, quatenus in praemissis, prout locorum, & temporum, ac eorumdem Indorum noviter ad fidem catholicam conversorum, qualitates exigunt, prospicere, eorumdemque Archiepiscoporum, & Episcoporum in dictis Indijs residentium facultates declarare, aliasque desuper opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Quocirca, per praesentes declaramus, mentis nostrae non fuisse, nec esse per quascumque nostras literas, ut praefertur, emanatas, facultates eorumdem Archiepiscoporum, & Episcoporum circa hujusmodi absolutiones restringere, suspendere, seu revocare, ac potiori pro cautela Indiisque

praedictis vicariis sexus in eorum necessitatibus sollicita nostra vigilantia subvenire cupientes, ac literarum praedictarum quarumcumque tenores praesentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes, eisdem Archiepiscopis, & Episcopis in Indiaram partibus nunc, & pro tempore degentibus, ac ab eis subdelegandis quascumque facultates, per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros, & Nos, circa absolutiones eorumdem Indorum tenore praesentium revocamus, & quatenus opus sit, illas eisdem denno concedimus, ita ut tam earumdem priorum, quam praesentium literarum virtute, quoscumque utriusque sexus Indos, ac à Mauris, & Indijs, & Mauros genitos à crimine haeresis, & schismate & idolatriae, nec non aliis omnibus casibus Nobis, & Sedi Apostolicae quomodolibet etiam in bulla in die Coenae Domini per Romanos Pontifices legi solita contentis, reservatis in utroque foro absolventi, & totaliter liberandi, injuncta eis pro modo culpa aliqua poenitentia salutari, licentiam, & facultatem apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, & impartimur. Non obstantibus literis praedictis, ac quibuscumque constitutionibus, & ordinationibus apostolicis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenorem praesentium pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod praesentium transumptis, & impressis, manu alicujus Notarii subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra ubique adhibeatur, quae eisdem praesentibus adhiberetur si forent exhibita, vel ostensa. Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anno Piscatoris die prima Januarii 1583. Pontificatus nostri anno XI. L. 35. tit. 6. lib. 1. Ind. Por. estar prohibido à los Inquisidores Apostolicos, compete su castigo à los Ordinarios Eclesiasticos, y deben ser obedidos y cumplidos sus mandamientos, y contra los hechizeros que matan con hechizos, y usan de otros maleficios, procederán nuestras Justicias Reales: L. 17. tit. 9. ejusd. Ordenamos, que sobre conocer y proceder los Inquisidores contra Indios en las causas que tocan al Santo Oficio, guarden las instrucciones, y la ley 35. tit. 1. lib. 6.

**7** Insignitas collegiatae resultat etiam ex provisionibus apostolicis de prima dignitate cum onere assumendi gradum magisterii, vel doctoratus in jure canonico intra annum. Hoc enim est signum certum, & univocum collegiatae insignis, cum iste gradus non requiratur, nisi in prima dignitate cathedralis, vel collegiatae insignis juxta dispositionem Concilii Trident. sess. 24. cap. 14. de reform. & punctualissime quod hoc demonstrat insignitatem collegiatae, firmarunt Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 15. n. 9. Piton. l. c. n. 30. Rota decr. 29. n. 9. p. 2. divo. **8** Item insignitas collegiatae probatur ex relationibus Episcoporum; Rota coram Gregorio decr. 482. num. 3. & coram Merlin decr. 87. la. 2. num. 13. & in recent. decr. 459. n. 18. p. 19. & in comment. Canonis c. 6. Feb. 1704. §. Visa fuit coram Emin. Scoto, & in Matheranen. Archiepiscopatu 27. Junii 1707. §. Collegiata coram bon. mem. Kauni. Card. de Luca de praemin. disc. 52. num. 6. Fagnan. in cap. Postalasti n. 14. de jurapatron. Piton. l. c. n. 37. **9** Collegiata non insignis à sua fundatione, seu à tempore suae erectionis potest progressu temporis declarari insignis, maxime si augeatur numerus dignitatum, canonicorum, ac reddituum, & locus, in quo fundata est, evadat insignis; colligitur ex declaratione Sacrae Congreg. Rit. in Firmana 24. Martii 1622. ubi collegiata ecclesia S. Pauli oppidi civitatis novae dictae Firmanae dioecesis ad instantiam Ludovici Centofforeni fuit declarata insignis: eo quod oppidum, in quo reperitur, est insigne, & reddit numerum quatuor mille habitatorum, hoc est secularium 820. quatuor Regularium conventus, & unum Santimonialium monasterium cum magna copia peritorum, & nobilium ibi existentium; Corrad. loc. cit. num. 23. cum Mantica, & Barbosa ibi citatis, & alii. Unde pater quis locus sit, & debeat reputari insignis, ille nempe, qui ultra conspicua, & magnifica aedificia copiosam continet nobilitatem, & illustrium personarum, ac utriusque juris doctorum, aliorumque incolarum multitudinem, sicut pro tali communiter habetur, ac reputatur; Bald. in leg. Providendum num. 1. cod. de postul. Archidian. in cap. Statutum 11. col. 6. circa med. verb. Locis insignibus de rescriptis in 6. Card. in Clementin. 1. n. 28. de foro competent. Lupus alleg. 122. num. 2. in fin. Innocent. in cap. Praesenti num. 3. de rescriptis in 6. Corrad. loc. cit. num. 8. & to. Tiraquel. de nobilitate cap. 10. num. 8. cum Felino, Alexandro, Decio, & aliis ibi citatis. **11** Canonici collegiatae insignis tenentur ad diuturnam officiarum in choro, quacumque consuetudine non obstante: Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 11. & ex pluribus docet Fagnan. in cap. Cum omnes num. 31. cum seq. de constit. Card. Petra loc. cit. n. 27. & alii communiter cum universali praxi. **12** Canonici autem collegiatae non insignis quamvis regulariter teneantur ad assiduum chori servitium, tamen ex triplici limitatione ab eo absolvuntur, scilicet aut si ecclesiae sint rurales, aut si adsit contraria immemorabilis consuetudo, aut demum sint adeo tenues redditus, ut ipsi Canonici ali non valeant, ut in fortioribus terminis obligationis residentiae resolvit Sacra Congregat. Concil. in Fundana 15. Octobris 1618. & fuse Fagnan. in cit. cap. Cum omnes num. 35. §. Sed postea: Garzias de benefic. part. 3. cap. 2. num. 197. Pignatell. tom. 9. consulti. 144. n. 10. & consulti. 134. num. 14. & tom. 10. n. 84. Crispin. part. 2. c. c. sicut. pastor. §. 19. n. 13. **13** Quae limitationes sufficienti, si concurrant alternatim, tum ex dictione aut per Sacram Congregationem adhibita, quae efficit, ut unica tantum pars verificari sufficiat; Altograd. consil. 70. num. 63. Rota decr. 1342. num. 3. coram Emerix junior. tum ex speciali declaratione ejusdem Sacrae Congregationis apud Fagnan. in cit. cap. Cum omnes num. 31. vers. Expressus: & Pignatell. tom. 9. cit. consulti. 134. num. 14. ubi declaratum fuit sufficere solam immemorabilem. Et in terminis collegiatae non insignis Sacrae Congreg. visitationis Apostolicae in quadam collegiata civitatis Laviniae 28. Aug. 1704. declaravit non sustineri decretum Visitatoris apostolici cogens Canonicos ad diuturnam officiarum, sed quod

servaretur solum, quod erat de inseruientotantum diebus festis, licet alioquin Canonici haberent pingues redditus. Et pariter ead. Sacra. Congregat. Concil. in Nacien. servitii 26. April. 1658. lib. 21. decret. pag. 612. declaravit non sustineri decretum Episcopi demandantis diurnum servitium in collegiata Orlicoli, cum obstat consuetudo.

Ceterum quotiescumque exemptio à quotidiana officiatra praetendatur per Canonicos collegiatae non insignis ob tenuitatem reddituum, eadem exemptio durabit, durante reddituum tenuitate; nam si isti augeantur, par est, ut in officiatrae onus reincedat. Hinc cum Canonici collegiatae non insignis oppidi Vallatae Aliphenae dioecesis praetenderent nullum esse decretum Episcopi ipso cogens ad quotidianam officiatram; praetensionemque fundarent in consuetudine officiantium tantum diebus festis, & in tenuitate reddituum; Sacra. Congr. Concil. die 12. Febr. 1707. ad dubium: An Canonici SS. Annunziata Vallatae teneantur ad quotidianam officiatram in choro? Respondit Pro nunc. Negative. Quae resolutio non fundatur in praetensa consuetudine, quia ejus probatio non fuit juridice facta: sed solummodo in tenuitate reddituum, qui cum augei possint, ideo fuit dictum: Pro nunc, & ex superioribus adductis rationibus in altera Aliphana collegiatae dubio proposito: An Canonici collegiatae ecclesiae S. Crucis quotidie officiare teneantur, die 17. Decemb. 1717. rescripsit: Negative, & servetur reductio facta ab Episcopo anno 1671. auctoritate Sacrae Congregat. Haec tenet Emin. Petra tom. 3. comment. in constit. 7. Innocent. IV. seg. 2. à num. 28. ad 31.

Collegiata insignis praecedit aliis non insignibus, etiamsi fuerit prius erecta; Sacra. Rit. Congreg. in Firmana 24. Maji 1612. & in Oslana 24. Junii 1699. Etiam si erectio collegiatae insignis facta fuerit cum clausula sine alicujus praedictio; ead. Sacra. Congr. Rit. in dicta Firmana, & jam prius in Nolana 21. Aprilis 1602. apud Barbos. collect. apostol. decr. verb. Collegiata num. 5. & capit. Transmissa 33. de verb. signific. n. 3. **16** Inter collegiatas insignes collegiata antiquior, quae habet insignitatem à jure, praefertur habenti insignitatem ex privilegio posteriorem; Sacra Congreg. Rit. in Castellana Praecedente 13. Februarii 1700. & in Novarien. 8. Maji ejusdem anni ad dub. 11. apud Monacell. tom. 1. tit. 1. formul. 4. num. 22. & Ursayam t. 5. p. 1. discip. 6. num. 571.

Et sic inter duas collegiatas insignes à jure semper praecedere debet antiquior, ut ex decreto Sacrae Congregat. resolvit Ursaya loc. cit. num. 177. citans Nicolum, Pellegrin. Tondut & Card. de Luca in miscellam. eccles. disc. 45. n. 6.

Et hoc procedit, etiamsi collegiata insignis posterior habeat insignia honorificentiora, ut declaravit Sacra Congregat. Rit. in Novarien. 8. Maji 1700. decernens praecedentiam deberi collegiatis SS. Gervasii, & Protasii domus Ossulae & S. Victorii Imri, quae minus honorifica insignia habent in concursu collegiatae S. Bartholomaei Burgi Mainesii habentis insignia honorificentiora. Et in civitate Castellana 13. Februarii 1700. respectu insignis collegiatae terrae Galleis, cui adjudicata praecedentia in concursu insignis collegiatae SS. Vincencii, & Anastasii terrae Arignani habentis usum almu-tiarum, quem non habebat d. collegiata Galleis. Et hoc patet in Urbe exemplo collegiatae S. Mariae ad Martyres, seu Rotunde, quae quamvis non habeat usum neque rochetti, neque cappae magna, neque almutiarum, nihilominus in processionibus, & aliis publicis functionibus ratione suae antiquitatis praecedit omnes alias octo collegiatas ejusdem Urbis, quarum major pars habet insignia honorifica, & ornamenta nobilia, ut refert, & observat Ursaya l. c. n. 164. 165. 181. 182. & 183.

Immo collegiata insignis antiquior praecedit insignem posteriorem, quamvis insignis posterior, seu modernior habeat usum pontificalium respectu sui Abbatis, & facultatem gestandi rochetum, & cappam magnam respectu suorum Canonicorum, ut in Januensi praecedentiarum pro insigni collegiatae Sanctae Mariae Vinearum cum insigni collegiatae Sanctorum Fabiani & Sebastiani



habente usum pontificalium respectu sui Abbatis, & cappam magnam respectu suorum Canoniorum, utraque parte ad longum informante, resoluit S. R. C. Julii 1710. ad relationem Eminent. Barberini, quae circa infra scripta dub.

I. "An constet de collegialitate cum qualitate insignitatis S. Mariae Vinearum Genue?"

II. "An liceat Canonici ejusdem ecclesiae capitulariter cum eorum Praeposito accedere in processionibus, & aliis functionibus ecclesiasticis? & quatenus affirmative."

III. "An eis habeatur praecedentia adversus Parochos urbanos, & Canonicos ecclesiae S. Mariae, & SS. Fabiani & Sebastiani de Carignano ejusdem civitatis? Respondit Affirmative in omnibus."

Sic refert Ursaya tom. 1. part. 1. decept. 6. per tot. Vide ibi ipsum, ubi multa ad rem.

Collegiate insignes fere cathedralibus aequiparantur, & Quia saepe contingit 11. de election. in 6. Glossa in a. Statutum 11. verb. Cathedralium, de re scriptis in 6. Concil. Trident. sess. 24. c. de reform. Card. Petra 1. 3. comment. in constit. 7. Innocentii IV. sess. 2. n. 9. Corrad. in prax. benefic. lib. 2. c. 10. n. 73. c. 13. n. 72. & c. 15. n. 4.

Et quandoque praesertim in limine electionis conceditur collegiatae insigni nobiliora insignia, quam cathedrali. Vide verb. Insignia n. 12.

Opinio Auctoris num. 13. quod Canonici ecclesiae collegiatae non insignis haud teneantur ad residentiam, vel si collegiata illa ecclesia sit ruralis, vel si adsit immemorabilis consuetudo non residentis, vel si redditus habeat adeo tenues, ut minime sufficiant sustentationi Canoniorum, haud potest recipi.

Spectato enim pontificio decreto relato à S. M. Benedicti XIV. insti. eccles. 107. num. 2. tum à nobis in addit. ad verb. Canonici art. 5. à residentia nec excusat nuda qualitas ecclesiae ruralis, nec sola consuetudo immemorabilis non residentis, sed utrumque concurrat oportet; ideoque quia pontificum illud decretum non disjunctive sed conjunctive loquitur. "In collegiatis autem non insignibus (sunt verba decreti) posse excusari, dum tamen sint rurales prorsus destituta, & in quibus nunquam antea supra hominum memoriam esset residere."

Neque tenuitas reddituum excusat à residentia in quacumque ecclesia collegiata non insigni, sed tantummodo in rurali; propterea quod de ruralibus loquebatur mox dictum pontificum decretum, dum inquit, aut quae adeo tenuis redditus essent, ut Canonici, aliunde non habentes unde vivere, alere non possent. Consuetudo vero immemorabilis non residentis nequaquam requiritur in collegiata non insigni rurali, quae tenues hosce habeat redditus, nam disjunctive loquitur praefatum decretum, ut patet ex verbis mox relatis.

INSIGNIA.

SUMMARIUM.

Quae insignia, inconcussa Sede Apostolica concessa Cathedralis Canonici nequeunt; facultas ea deferendi quomodo petenda: eorum concessio causam requirit, ad num. 9.

Nobiliora an concedantur collegiatae: cappae concessio rochetum amplectitur; qualis antiquior: divorsa insignia erit Canonici cathedralis ac collegiatae, ad num. 15.

Extensio eorum quando attinetur: quando deferenda: ac uti eis Canonici debeant: indui pluviali, planeta, aut tunicella an almutias possint deferre: cappa, rochetum, ceteraque insignia canonicalia an denotent jurisdictionem, & an Episcopis inferioribus praelati extra suas ecclesias insignis propriis utantur, ad num. 31.

Subiunguntur supplementa Auctoris.

Novae additiones inseruntur, ad num. 38.

INSIGNIA concedere Canonici ecclesiae cathedralis, aut collegiatae, vel concessa mutare non potest Episcopus inconcussa Sede Apostolica; Sacra Congregat. Rit. in Hydruntina 1. Sept. 1612. Nec etiam de novo concedere almutiam. Ead. Sacr. Rit. Congreg. in Camarinen. 25. Jan. 1602. & in Placentina 16. Jan. 1602. Nec cappam sine privilegio, & expressa licentia Sedis Apostolicae. Eadem Sacr. Congreg. Rit. in Elven. 10. Jan. 1604. apud Barbosam de Canonici cap. 2. num. 2. Non enim licet novum habitum, sive signum à Canonici cathedralis, seu collegiatae ecclesiae absque Sede Apostolica auctoritate assumi; Sacr. Congreg. Concilii in Taurinensi 21. Junii 1641. & in Tarvina 7. Febr. 1659. apud Piton. constit. & decis. ad Canonici num. 694. & patet in omnibus concessionibus factis à Sede Apostolica diversis cathedralibus, & collegiatis.

Insignia deferendi facultas quomodo sit petenda à Papa, tradit Corrad. in praxi benefic. lib. 2. cap. 14. d. num. 7. Vide ipsum. Talis facultas deferendi Insignia regulariter non conceditur nisi ex voto Sacrae Congreg. Rit. ut observat Corrad. loc. cit. num. 24. Insignium concessio extra casum novae erectionis ecclesiae rationabilem causam requirit; Corrad. loc. cit. num. 29. id colligens ex formulis traditis pro petendis à Sede Apostolica ipsis Insignibus. Et inter alias causas Insignia concedendi est divini cultus augmentum, quod est maxime attendendum, ut dicitur in una Civitatem. constructionis capellae penes Seraphin. dec. 586. numer. 3. ex Butrio in cap. Cum olim num. 15. de consuetudine, & in cap. Ad audientiam 2. de Eccles. adificand. & notat Corrad. l. c. n. 19.

Quamvis incongruum sit, quod nobiliora Insignia concedantur collegiatae, quam cathedrali, ut resolvit Sacra Rit. Congreg. in Trojano Indulto cappae Canonici 19. Septemb. 1705. ad relationem Emin. Card. Colloredi apud Piton. discept. eccles. discept. 49. numer. 3. & advertit Corrad. loc. cit. sub num. 15. vers. Sane: cum incongruum sit, quod collegiata nobiliori habitu suam cathedralem antecellat, ex quo majoritas habitus majoritatem personae designet, juxta Text. in cap. Ut Apostolicae de privil. in 6.

Tamen quandoque Insignia nobiliora collegiatae, quam cathedrali conceduntur, & praesertim si in limine erectionis collegiatae aliquis laicus suis bonis eam dotando exposcat hanc Insignia nobiliora: nam tunc Summus pontifex deferre solit desiderio, & petitioni dotantis, quia ita & non aliter voluit ecclesiam dotare, eamque erigi facere in collegiatam, ut fuit dictum in una Melvitana Erectionis Collegiatae penes Rup. dec. 258. tom. 2. in qua praesertim num. 23. subditur, quod etiam si Papa scivisset Canonicos cathedralis cappis non decorari; nihilominus illas concessisset collegiatae, ne dotans retraheretur ab erectione, cum magis praeponderet ratio augmenti cultus divini, quod sequitur per erectionem, quam ratio praesudicij, quod inferri potest Canonici cathedralis circa diminutionem honoris, seu decoris, ut per Seraphin. dec. 847. numer. 2. Carill. dec. 76. num. 12. et seq. Corrad. loc. cit. num. 16. Piton. loc. cit. num. 4. Et patet exemplo ecclesiae collegiatae oppidi Summae diocesis Nolanae, cujus Canonici fuit concessus usus cappae magnae, non obstante quod Canonici cathedralis Nolanae eum non haberent, apud Pignatell. tom. 6. consulti. 59. num. 8. vers. Quod praedicta, & Piton. loc. cit. numer. 6.

Per concessionem cappae intelligitur concessus etiam usus rochetti; Ceccoper. lucubr. canon. lib. 1. numer. 91. Carol. Daesne in verb. Cappa vers. Cappa Chorales, Macr. in sua hierolexico ead. vers. Cappa: Piton. loc. cit. num. 1. & alii. Cappa est antiquior habitus choralis, ac proprius Canoniorum; Ughell. in Italia Sacra tom. 3. pag. 634. Ceccoper. loc. cit. num. 91. & alii.

Pro expensis faciendis, aut factis à Canonici pro obtinendo Indulto deferendi cappam, & rochetum non possunt alienari bona capituli, seu ecclesiae; Sacra Congreg.

greg. Concil. in Praten. Beneplaciti 7. Julii 1696. apud Card. Petram tom. 1. comment. in constit. 1. Divi Leonis Magni sess. 4. num. 148. & in una Montis Regalis in causa insignis collegiatae civitatis Cunei sub die 19. Maji 1708. apud eundem Card. Petr. tom. 3. comment. in constit. 7. Innocentii IV. sess. 2. n. 55.

Capitulum tenetur exhibere cappas Canonici stante consuetudine etiam absque solutione; Rota in Gerunden. Capparum Pio 17. Januarii 1698. apud Antonell. tract. de juribus, & oneribus Cleric. lib. 2. decis. 41. n. 20. Card. de Luca de Canonici, & dignitatib. disc. 3. n. 3. & seq. Rota decis. 542. num. 4. & seq. decr. 534. num. 1. & seq. coram Rich. & in recent. part. 11. decis. 380. per tot.

Insignia Canoniorum cathedralis, & Canoniorum collegiarum non conceduntur uniformia, sed diversa; Sacra Congreg. Rit. in Laudan. 19. Maji 1602. & in Melitana 23. Junii 1607. Piton. loc. cit. num. 3. ubi ex aliis dicit sufficere diversitatem in colore, & in circumstantiis.

Cappae, & rochetti usus adinstar Beneficiorum S. Petri de Urbe conceditur Beneficiis de massa ecclesiae cathedralis Urbevitanae; Sacra Congreg. Rit. in Urbevitanana 25. Jan. 1611.

Cappas deferendi privilegium concessum Canonici, & Capitulo Ferrariensi non comprehendit Capellanos Ferrarienses; Sacra Rit. Congreg. 12. Nov. 1605. Sed postea sub die 28. Jan. 1606. fuit dictum illis esse concedendum usum capparum juxta formam literarum apostolicarum, non obstante supradicto decreto à Canonici contra ipsos Capellanos obiecto; Sic refert Barbosa in summa Apostolicar. decis. verb. Cappa n. 10. ex Aldano in compend. canon. resolut. lib. 3. tit. 29. n. 551.

Insignia Archiepiscoporum non debent poni in valvis ecclesiae, cum in festivitatibus ornantur, nisi sit consuetudo immemorabilis; Sacra Rit. Congreg. in Perusina 23. Martii 1602. apud Barbosam loc. cit. verb. Insignia n. 2.

Insignia nova praeter solitum in processionibus deferre non licet; Sacra Rit. Congreg. in Andrien. 21. Augusti 1604.

Capitulum non potest de novo addere suis Insigniis, sive armis mitram, & baculum, seu Pastorale; Sacra Congreg. Episcoporum, & Regular. in Firmiana 20. Novemb. 1611. apud Piton. Constit. & decis. pro Canonici n. 254.

Cappa, seu insignis proprii debeant uti Canonici in divinis officiis, alias punctati debent, & distributiones amittunt; Sacra Rit. Congreg. in Lunen. Sarzanen. 3. Martii 1633. Acta Eccles. Mediolanens. part. 1. Concil. Provincial. 4. tit. Quae pertinent ad SS. missae sacrificium & divina officia.

Cappa est deferenda in processionibus; Act. Eccles. Mediolanens. part. 4. Instructiones variae tit. Advertentiae per le Erectionis Generali. Item deferenda est in synodo diocesana; Act. Eccles. Mediolanens. part. 1. Concil. Provinc. 5. tit. Quae ad Synodum attinent. Item adhibenda est in conventibus diocesanis, sicuti & Insignia alia, quibus quis in ecclesia sua uti potest; Acta Eccles. Mediolanens. 4. instruat. Congregat. dioces. tit. De vestitu ad conventum deferendo. Item deferenda est à Parochis Urbanis, non in alienis ecclesiis, sed in suis solum, ac praeterea foris, cum aliquo ecclesiastico functionis munus collegiatum cum suo Clero obeunt. A diocesanis item in suis, non in alienis plebibus. Acta Eccles. Mediolanens. part. 2. synod. dioces. 4. decr. 19. & part. 2. synod. diocesana. 11. tit. Monita Executionis decretorum, quae ad Parochos pertinent.

Canonici, & Praebendati non possunt deferre cappam, seu almutias, cum uti singuli inviantur ad associandum funera, sed deferre tantum possunt in casibus, quando incedunt collegialiter una cum Capitulo; Sacra Congregatio Episcoporum, & Regular. in Placentina Funerum 2. Maji 1659. apud Piton. constit. & decis. pro Canonici num. 695.

Praebendati possunt solum deferre almutias in iis casibus, quando incedunt collegialiter cum Capitulo; Ferrar. Bibliothec. Tom. V.

era Congreg. Episcoporum, & Regular. 10. Nov. 1662. apud Pignatell. tom. 3. consulti. 51. n. 4.

Canonici cathedralis, & collegiatae nequeunt uti cappa, & rochetto in alienis ecclesiis; Sic expresse Sacra Rit. Congreg. in Capuana 20. Maji 1651. apud Pignatell. tom. 4. consulti. 185. num. 15. ibi: "Capitulum; & Canonici cathedralis habentes usum cappae & rochetti tam in suis, quam in aliis quibuslibet ecclesiis in functionibus, & divinis officiis, supplicaverunt Congregationi Sacrorum Rituum declarari, se nullis uti possent in aliis ecclesiis, dum coactiones habent; vel ab eis Penitentiae, vel Baptismi sacramenta administratur, & in aliis similibus functionibus. Eminentiissimi vero Patres responderunt in eis non licere, nisi in propria ecclesia." Vide Pignatell. loc. cit. num. 15. & tom. 2. consulti. 33. per tot. ubi idem resolvit de casu mitra.

Canonici pluviali, planeta, dalmatica, vel tunicella indui non possunt deferre almutias; Canonico vero defuncto etiam sacris vestibus induto imponi potest almutia super brachium; Sacra Rituum Congregatio 4. Augusti 1663. apud Pitoniam, Constituit. & decisio. pro Canonici num. 721.

Cappa, & rochetum, aliaque Insignia canonicalia non denotant jurisdictionem, sed solum perfectionem, gravitatem, & ornamentum personarum; Ceccoper. lucubr. Canon. lib. 1. n. 93. Francisc. Maria Pitronius Advocatus Romanus, deinde Episcopus Imeritae, & Auditor Benedicti XIII. citat. discept. 39. n. 9. ubi sic expresse subdit: Et ideo habitus potest deferri nedum in ecclesia, sed etiam extra in processionibus, aliisque functionibus ecclesiasticis, cum sit privilegium personale, quod non circumscribitur loco, ut resolvit Sacra Rit. Congregatio 19. Augusti 1634. & restatur Ceccoper. ubi proxime num. 92. & 93. ibi: "Antedicta Insignia Canonici impertita possunt ab eisdem deferri in functionibus ecclesiasticis etiam extra diocesim &c. ut deducitur ex decreto Sacrae Rituum Cong. die 19. Aug. 1634."

Ratio est, quia privilegium est personale, quod personae secum ubicumque deferat, nec restringitur in loco. Praelati Episcopis inferiores nequeunt uti suis Insigniis extra ecclesias sibi subjectas; Sac. Congr. Rituum coram Alexandro VII. 27. Sept. 1656. in decreto Generali 8. Vide verb. Abbas in fine.

Aditio ex Supplemento Auctoris ad verb. Abbreviatores. Abbreviatoribus de Parco majori conceditur usus Redimiculi galeri, vulgo Cordone, coloris violacei, etiam dimisso officio; Benedictus XIV. tom. 1. constit. 3. incip. Maximo: "Episcopum nec majora, nec minoria insignia concedere posse Canonici, praeter allegatos, ab Auctore respondit Rota in Thesina delationis Insignium 4. Junii 1736. coram Eminentissimo Crescentio.

Dubitatum vero fuit an Episcopus accedente consensu Capituli ecclesiae cathedralis insignia concedere queat Canonici ecclesiae collegiatae. Ratio dubitandi inde oriebatur, quod prohibito fundata videbatur in praedictio Capituli ecclesiae cathedralis, adeoque consentiente Capitulo ecclesiae cathedralis cessabat prohibitio. At contrarium fuit decisum à Rota in dict. Thesina delationis insignium 4. Junii 1736. coram Eminentissimo Crescentio, ex ratione illa, quod nequit Episcopus concedere insignia non ex praedictio Capituli ecclesiae cathedralis, sed ex reservatione hujus concessionis facta à S. Sede.

Non omnittendum vero, quod insignia minoria posse ab Episcopo concedi sensit Sacra Congregatio in Sorana 14. Apr. 1725. "Poterat hic quilibet adnotatio praetermitti, si decisionum, quae lit. A. pag. 136. & 232. in ejus add. hisp. nov. animadvertuntur, integra fieret recognitio; cum vero alia, etiamsi in idem obiectum tendentia, per alias decisiones decernantur, inseruntur.

Cui prohibeatur arma sua gentilitia gestare, in mentem non venit, nam omnibus licet, nisi eorum amissio.



amissionis detur causa; quamquam ea portare cuique liceat, nequit eorum clypeis coronam seu diadema subponere: neque Ducibus, Marchionibus, & Comitibus eo uti permittebatur ubi horum reperiebantur; nihilominus Imperatoribus (idem erat olim Imperator ac Exercituum Praefectus, ita hic intelligitur) in suis stemmatibus concedebatur, baculum (est instrumentum manu ab eis portatum, imperium, & exercitus capita esse demonstrans) castrellis, & leonibus coopertum apponere: *Lex 17. §. Aut. ac. 14. tit. 1. lib. 4. Recop. Cast.* praecedens assertum comprobant. Multum proderit si perlegantur *tit. 21. Leg. 2. §. 3. tit. 23. 13. 14. §. 15. tit. 23. 3. tit. 24. part. 2.* in quibus tractatur de Equitibus, eorum qualitatibus, & insigniis *in tit. 21. in leg. 2. §. 3. de ducibus, capitaneis, sive Exploratoribus: in dictis leg. tit. 23. de vexillis, quae in bello ferebantur: varie species signantur: quibus eis uti licebat, & quo tempore. In leg. 3. agitur de classis Praefecto, vulgo *Almirante*, & de insigniis, quibus utebatur. Hodie per se patet, praesertim de militia loquendo, ceteris munis insuperhabitis, quanta distinctione omnia eius corpora distingui, non solum in vestitu, verum etiam iuxta cuiusque gradum distinctio advertitur: quare ista parva adnotatio supradictis conjuncta in aliquam notionem sufficiat.)*

INSORDESCENS, INSORDESCENTIA.

SUMMARIUM.

1. **INSORDESCENS** quis dicitur.
2. **Insordescens** quomodo praecipue dicatur ratione excommunicationis, atamen convenit etiam aliis censuris.
3. **Ad effectum docendi de insordescencia alicujus censurati**, opus est probare in primis excommunicatum, seu censuratum habuisse notitiam excommunicationis, seu censuram.
4. **Secundo opus est probare, quod sine rationabili causa distulerit post annum petere absolutionem, unde si distulit ex rationabili causa, non censetur insordescens.**
5. **Sic eadem ratione non potest dici insordescens, si intra annum petiit, & non obtinuit absolutionem.**
6. **Similiter non potest dici insordescens, si per sex menses perseveravit in censura, & deinde obtenta absolutione cum reincidentia, post absolutionem reincidit, & permansit in ipsa per alios sex menses.**
7. **Nec ad probandam insordescentiam sufficit probare solum perseverantiam per annum in censura, sed est etiam necesse probare animum induratum in contemptum clavium.**
8. **Excommunicatus tamen post annum a declaratione citari potest uti suspectus absque alia monitione.**
9. **Insordescens in censura lata in causa haereticus habetur veluti haereticus ipso jure, & absque alia sententia.**
10. **Atamen priusquam publice declaretur haereticus, citari debet, ut se purget.**
11. **Insordescens in censura lata ob aliam causam ab haereticis, habetur tamquam leviter suspectus de fide, ac specialiter de potestate clavium in ecclesia, potestque citari ob Episcopo, ut respondeat quid sentiat de his; Si purgare se noluerit, & permanserit altero anno, fit vehementer suspectus, citatus nec purgans se, potest ex violenta suspitione declarari haereticus.**
12. **Insordescens in excommunicatione lata in causa criminali habetur pro convicto de eo crimine: sedus vero in causa civili.**
13. **Insordescens in censura excommunicationis, vel suspensionis, aut interdicti per annum, vel ultra, an sit privatus ipso jure beneficiis.**

14. **Contra excommunicatos non curantes absolutionem, & non obstante excommunicatione celebrantes, procedit Ordinarius, & quandoque S. Officium committit informationes.**
15. **Praecipitur Vicario Generali, ut excommunicatos renuentes restituere ablatum ab ecclesiis aggravet, & reaggravet, & finito anno declaret Insordescentes.**
16. **Insordescens in excommunicatione per annum, etiam si in articulo mortis fuerit absolutus, potest ecclesiastica sepultura denegari, & sepeliri in loco profano.**
17. **Alia de insordescentibus, remissive.**

**INSORDESCENS** dicitur ille, qui animo pertinaci, & obdurato, seu in contemptum clavium, quia scilicet noluit obedire, seu se subijcere clavibus, perseverat in censura per annum, cum bona mem. 8. de atate, & qualitate, c. Cum contumacia 7. de haereticis in 6. & Concil. Trident. sess. 25. de reformat. c. ibi: *Obdurato animo censuris annexus, in illis insorduerit.* Insordescencia, quamvis praecipue dicatur ratione excommunicationis, atamen convenit etiam aliis censuris, arg. cit. text. Concilii Tridentini, ubi dicitur: *Censuris annexus, & cit. cap. bonae memoriae, ubi sermo de insordescere per annum in censura suspensionis.*

Ad effectum docendi de insordescencia alicujus censurati opus est probare in primis excommunicatum, seu censuratum habuisse notitiam excommunicationis, seu censuram; Ricciulli. *de jure personar. extra premium eccles. existentium lib. 4. cap. 8. num. 4.* Barbosa in Concil. Trid. sess. 25. de reformat. cap. 3. num. 33. & communis aliorum, requiritur enim ad insordescentiam animus obduratus, & contemptus clavium: qui non supponitur in ignorante censuram; arg. cit. cap. Cum bonae memoriae, cit. cap. Cum contumacia, & Concil. Trident. loc. cit. Secundo opus est probare, quod sine rationabili causa distulerit post annum petere absolutionem; Unde, si distulit ex rationabili causa, v. g. quia absens, quia impeditus, & hujusmodi, non censetur insordescens ex defectu animi indurati, & contemptus clavium, propter citata Jura. Sic eadem ratione non potest dici insordescens, si intra annum petiit, & non obtinuit absolutionem; Ricciulli. *loc. cit. num. 5.* & Barbosa *loc. cit. num. 33.* & communis aliorum. Similiter non potest dici insordescens, si per sex menses perseveravit in censura, & deinde obtenta absolutione cum reincidentia, post absolutionem reincidit, & permansit in ipsa per alios sex menses; Tempora enim in hac materia non conjunguntur, cum ad contrahendam insordescentiam requiratur perseverantia continua unius integri, & interrupti anni in censura, arg. *Citatis Juribus, Barbosa loc. cit. num. 37.* Nava. *consil. 3. de haereticis, Monacelli. tom. 5. tit. 3. formul. 3. num. 12.* Seraphin. *decis. 1285. num. 5.* & alii communiter cum Rota in *Oscen. Archidiaconus 16. Maji 1603.* coram Card. Lancelotto impressa per Farin. *tom. 2. consil. decis. 196. num. 5.* & refert Ricciulli. *loc. cit. c. 8. n. 3.*

Nec ad probandam insordescentiam sufficit probare solum perseverantiam per annum in censura, sed est etiam necesse probare animum induratum in contemptum clavium; cit. cap. Cum bonae memoriae, cit. cap. Cum contumacia, & Concil. Trident. loc. cit. Rota in *d. Oscen. coram Card. Lancelotto, Pignatelli. tom. 7. consil. 18. num. 9.* & communis aliorum. Excommunicatus tamen post annum a declaratione citari potest uti suspectus absque alia monitione ex Sac. Congress. Concil. 22. *Maji 1586. loc. cit. num. 9.*

Insordescens in censura lata in causa haereticus habetur veluti haereticus ipso jure, & absque alia sententia: *Aubeni. Gazarou Cod. de haereticis, cap. Excommunicamus 1. de haereticis, ubi Glossa verb. Condemnetur, Hosciens. num. 7. & 8. Abbas num. 11. Soccin. num. 24. Butrius num. 17. Joann. Andr. num. 4. Ancharan. num. 4. Anan. num. 6. & communis aliorum cum Pignatelli. tom. 7. consil. 18. num. 5. &*

*tom. 8. consil. 134. num. 1. & seq.* Atamen priusquam publice declaretur haereticus citari debet, ut se purget; Pignatelli. *tom. 7. consil. 18. n. 8. & tom. 8. consil. 134. n. 2. Pegna part. 3. cons. 46. vers. Advienientem: Chartar. de execut. sentent. cap. 1. n. 278. Sanfelici. de haereticis c. 4. dub. 5. conclus. 1. Farinac. de haereticis q. 192. n. 17. La Croix lib. 7. n. 288. & alii passim.*

Insordescens in censura lata ob aliam causam ab haereticis habetur tamquam leviter suspectus de fide, ac specialiter de potestate clavium in ecclesia, potestque citari ab Episcopo, ut respondeat, quid sentiat de his: si purgare se noluerit, & permanserit altero anno, fit vehementer suspectus; & citatus, nec purgans se, potest ex violenta suspitione declarari haereticus; Pignatelli. *tom. 7. consil. 18. n. 2. ad num. 4.* cum multis aliis allegatis; Gonzalez in *Regula 8. Cancellar. gloss. 15. num. 108. Pegna part. 1. directior. quest. 47. num. 7. & 8. La Croix loc. cit. num. 289. arg. cap. Excommunicamus 1. de haereticis in 6. & Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 3. in fine, ubi sic habet: "Excommunicatus quicumque, nisi post legitimas monitiones non resipuerit... Sed si obdurato animo censuris annexus in illis per annum insorduerit, etiam contra eum tamquam de haereticis suspectum procedi possit."*

Insordescens in excommunicatione lata in causa criminali habetur pro convicto de eo crimine; Farinac. *lib. 1. quest. 18. num. 30. Gonzalez in Regul. 8. Cancell. glossa 15. num. 106. & 108. cum aliis allegatis, Pignatelli. tom. 7. d. consil. 18. num. 18. La Croix loc. cit. num. 290. & alii. Secus vero in causa civili secundum veriore, ut Gazzal. loc. cit. Pignatelli. loc. cit. La Croix loc. cit. quomvis alii contrarium teneant, ut Salzed. *ad Diaz. cap. 110. num. 4. vel cap. 118. num. 4. in nova editione.**

Insordescens in censura excommunicationis, vel suspensionis, vel interdicti per annum, vel ultra, secundum aliquos Doctores, est privatus ipso jure beneficiis. Ita Monachus de *arbitr. cau. 416. num. 52.* At optime ex Rota decisionibus Theodosius Rubens in *singular. Rota 1. 2. part. 3. sub verb. Menochius §. 1. pag. 20.* sic distinguit; Aut excommunicatio, seu alia censura lata fuit propter crimen, quod ipso jure privat Clericum beneficium, & tunc per insordescentiam habetur pro confesso, & censetur ipso jure privatus. Aut excommunicatio, seu alia censura lata fuit ob crimen, propter quod non est privatus beneficiis ipso jure, sed venit per sententiam privandus, & tunc potest post contractam insordescentiam privari. At crimen est tale, propter quod nullo modo potest imponi poena privationis, puta ad debitum civile pensionis, & tunc nunquam ob insordescentiam imponitur poena privationis, sed alia arbitraria; Haec apud Barbosam *loc. cit. n. 38.*

Contra excommunicatos non curantes absolutionem, & non obstante excommunicatione celebrantes, procedit Ordinarius; sic resolutum fuisse die 26. *Maji 1609. & 1631. & 1632.* refert Pignatelli. *1. 7. d. consil. 18. num. 15.* ubi subjungit, quod quandoque S. Officium commisit informationes, ut in *litteris Patriarchae Aquileis sub 25. Junii 1591.* praecipitur Vicario Generali, ut excommunicatos renuentes restituere ablatum ab ecclesiis aggravet, & reaggravet, & finito anno declaret insordescentes; Sac. Congress. *Immunis. 12. Februarii 1647. lib. 4. decret. Paul. pag. 4.*

Insordescens in excommunicatione per annum, etiam si in articulo mortis fuerit absolutus, potest ecclesiastica sepultura denegari, & sepeliri in loco profano; Genuens. in *praxi c. 7. in addit. Pignatelli. cit. consil. 18. num. 13.* La Croix loc. cit. num. 292. & alii passim. Plura alia de insordescentibus in censuris vide apud Pignatelli. *tom. 7. consil. 18. & tom. 8. consil. 134.* Barbosam *loc. cit. Monacelli. loc. cit. & alios.*

De anno insordescentiae libet aliqua adnotare. Hic annus numerandus est non a die incurse excommunicationis, si ageretur de excommunicato a jure, sed a die quo fuit vel excommunicatus, vel declaratus excommunicatus, quum ex illa die incipiat tumor

contumaciae; & contemptus clavium ecclesiae: Sancta. *rell. de haeretic. cap. 4. num. 6. Caren. de Officio S. Inquisitionis part. 2. tit. 8. num. 5.*

Non ignoro esse qui limitant id in casu *Notarii*, annuque tunc tenent incipere a die *Notariae* excommunicationis incurse; Alber. in *Rubrica de haereticis in 6. quest. 13. num. 35. Farinac. de haereticis quest. 192. num. 26.* At confutant hanc opinionem Passerin. in *cap. cum contumacia num. 11. de haereticis in 6. del Bene de officio S. Inquisitionis dub. 211. sess. 1. num. 4.* Et non immerito. Habetur in *cap. Quam in contumacia de haereticis in 6. Excommunicationis vinculo per vos fuerit innodatus.* Haec autem verba important excommunicationem ab homine per sententiam latam, aut saltem declarantem; Neque in his (ita recte ait *Pater. vrim* ubi supra) potest habere locum notorium. Neque venim sufficere potest notorium pari facti, quia necessesse est, quod in judicio constet, & de excommunicatione, & de persistentia in illa, & sic requiritur notorium juris quod habetur per Judicis pronuntiationem, per quam pronunciet susceptum excommunicationem, & postea in excommunicationem pertinacem. Incipit ergo annus a die lata vel declaratae excommunicationis factae per Judicem.

Debet itidem hic annus esse integer, & continuus, *cap. Quum contumacia de haereticis in 6.* Queri propterea solet, an habeatur hic annus integer, & continuus, ubi quis plurimum annorum spatium persistit in excommunicatione, sed in unoquoque anno obtinuit absolutionem cum reincidentia? Negat *Carena de officio S. Inquisitionis part. 2. tit. 8. num. 3.* ubi ex *Cardinal. Bellarmino* quod *Sacra Congregatio Concilii* interpres declaravit non procedi contra illum, qui excommunicatus ab Auditore Camerae per triennium in excommunicatione persistit, ita tamen ut in unoquoque anno in festo Paschatis ab eodem Auditore Camerae absolutionem cum reincidentia obtinuerit; *Del Bene eadem tract. dub. 211. sess. 1. num. 6. & 24.* probeque monet, quod in subiecta materia haud conjunguntur tempora.

Major dubitatio est an habeatur hic annus integer, & continuus, si intra ipsum excommunicatus in foro conscientiae absolvatur. Haberi de jure rigore ex ratione illa, quod absolutio in foro interno non suffragatur in foro externo, non haberi vero de aequitate, cessante tamen partis oppositione, censet *Carena de officio S. Inquisitionis part. 2. tit. 8. num. 26.* At indistincte non haberi alii tenent. Sed quum verum sit (opportune inquit Passerin. in 6. cap. Quum in contumacia de haereticis in 6.) quod absolutio in foro conscientiae directe non juvat in foro externo, nec liberat, a poenis externi fori, indirecte tamen auferendo materiam super qua fundantur poenae, potest a poena liberari; quia ablato sufficienter delicto etiam in futurum, & ut non duret, & ut non periciatur, non remanet unde infligatur poena, cessante etiam in foro externo delicto. Quum igitur in proposito nostro non debeatur nisi pertinacia duranti per annum, si tollitur pertinacia, tollitur poena. Non potest vero dici pertinax in persistendo in excommunicatione ille, qui absolutionem petiit in foro conscientiae, & obtinuit, & de hoc in foro externo constat. Et eo magis quia quod iste non obtineat absolutionem ab excommunicatione in foro externo non potest tribui pertinaciae, & contemptui clavium; sed alicui alteri causa, ex qua, pro jure suo tuendo, impeditur ne statim in foro externo absolvi possit. In hoc enim negotio quamlibet causam etiam injustam excusare pertinaciam dixit *Card. arena &c.* & eo magis quod qui vellet esse pertinax contra Judicem in foro externo, & claves ecclesiae contemnere, non est dignus ut absolvatur in foro conscientiae.

De eo etiam disputari solet, an habeatur hic annus integer, & continuus, si intra ipsum obtinuit excommunicatus rescriptum cum clausula; *Te absolventes.* At haberi tenent Passerinus in *cap. Quum contumacia num. 14. de haereticis in 6. Caren. de officio S. Inqui-*



tionis part. 1. tit. 8. num. 35. tum quia illa absolutio datur tantum, ut rescriptum non sit nullum, tum quia d. absolutio de stylo datur etiam non concurrente penitentia, adeoque haud potest operari ut desit penitentia, tum demum quia d. absolutio non tollit excommunicationem, sed solum impedimentum proveniens ab illa excommunicatione suspendit, donec gratia suam sortiatur effectum.

28 Limitat autem hanc opinionem del Bene de offic. S. Inquisitionis dub. 211. sect. 7. n. 2. in casu, in quo Papa scivisset, eum per annum in excommunicatione persistisse, Sed neque huic limitationi locum esse posse, propter mox allatas rationes, firmat Passerin. loco proxime citat.

29 Insordescencia quomodo sit probanda, ut contra insordescentes in excommunicatione possit procedi, expendunt post alios Pignatell. consule. canon. 18. num. 9. tom. 7. Rot. in rec. dec. 132. num. 7. part. 1.

INSTITUTIO, SEU INSTITUERE in beneficiis.

SUMMARIUM.

- 1 Institutio, seu instituere dupliciter in Jure accipitur, scilicet, seu pro quocumque provisionis modo, & proprie, seu specialiter.
- 2 Institutio late accepta quid comprehendat, & importet.
- 3 Institutio specialiter accepta quid comprehendat, seu comprehendat.
- 4 Institutio proprie, & specialiter accepta valde differt a Collatione, & Praesentatione.
- 5 Praesentatio proprie quid sit, & quando fiat.
- 6 Collatio proprie quid sit, & quando fiat.
- 7 Institutio proprie quid sit, & quando fiat.
- 8 Institutio est triplex, scilicet Collativa, Auctorizabilis, & Corporalis.
- 9 Institutio Collativa qua sit.
- 10 Institutio Auctorizabilis qua sit.
- 11 Institutio Corporalis qua sit.
- 12 Institutio Collativa de Jure pertinet ad Episcopum loci, in quo situm est beneficium.
- 13 Etiam Vicarius Generalis Episcopi potest instituere in beneficiis praesentatos a patronis.
- 14 Etiam Capitulum, seu Vicarius Capitularis, Sede vacante.
- 15 Praelatis inferioribus non competit de Jure communi potestas instituendi in beneficiis praesentatos a patronis.
- 16 Potestas tamen ipsis competit ex aliquo Jure speciali, v. gr. ex privilegio, fundatione, consuetudine, aut praescriptione legitime completa.
- 17 Ostenditur posse eis competere ex privilegio, seu speciali concessionem.
- 18 Ostenditur posse eis competere ex fundatione saltem ante Concilium Tridentinum facta.
- 19 Non sic autem ex fundatione facta post Tridentinum.
- 20 Ostenditur posse eis competere ex consuetudine.
- 21 Ostenditur posse eis competere ex praescriptione legitime completa.
- 22 Praelatis inferioribus etiam Regularibus competit Jus instituendi in ecclesiis sibi pleno Jure, id est, in spiritualibus, & temporalibus subjectis.
- 23 Laici, quicumque sint, nullo modo possunt proprie instituere Clericum in aliquo beneficio.
- 24 Institutio Auctorizabilis de Jure communi pertinet ad Episcopum solum privative ad Praelatos inferiores.
- 25 Secus autem, si Praelatis inferiores habeant jurisdictionem quasi Episcopalem in Clerum, & populum privative ad Episcopum.
- 26 Institutio Auctorizabilis non potest competere neque ex consuetudine, seu praescriptione Praelatis

- inferioribus non habentibus proprium territorium privative ad Episcopum.
- 27 Institutio Corporalis de Jure communi spectat ad Archidiaconum.
- 28 Secus autem ex consuetudine.
- 29 Is, ad quem spectat Collatio beneficii, non potest seipsum instituere.
- 30 Immo is, ad quem spectat collatio beneficii, nec ab alio a se delegato potest institui.
- 31 In beneficiis ecclesiasticis non possunt institui laici, sed soli Clerici.
- 32 Clerici possunt institui in beneficiis certum Ordinem Sacrum requiruntibus, licet istum nondum habeant, dummodo intra tempus a Jure statutum possint ad requiritum Sacrum Ordinem promoveri, & aliam sint idonei.
- 33 Tempus institutionis praesentatorum faciendae in beneficiis non reperitur a Jure praefixum, & determinatum, dummodo non diu differatur.
- 34 Si autem habens potestatem instituendi praesentatos sit negligens, aut plus equo differat, seu penitus recuset instituere, tunc recurrendum est ad Superiorem, qui ei praefigat certum tempus ad instituendum, quo elapso, poterit ipse supplere, vel compellendo, vel instituendo.
- 35 Ritum, seu modi realiter, & corporaliter instituendi, seu inventiendi in beneficiis, ex quo sint varii pro diversitate locorum, sunt observandi juxta antiquas laudabiles consuetudines cujuslibet loci.
- 36 Institutio quoad titulum in beneficio, quomodo non possit eius possessionem capere propria, & sola sua auctoritate, accedente tamen consensu, seu licentia legitimi Superioris volentis tradere possessionem corporalem, potest eam capere, nullo alio eum introducente in ipsam.
- 37 Instituent potest gratificari, quando duo ab eodem Patrono Laico praesentati sunt aequi digni.
- 38 Quando plures patroni diversis aequali numero suffragiorum praesentant, si moniti nolint consentire in unum, & Episcopus neutrum ex praesentatis possit instituere absque atroci scandalo facti, tunc potest gratificari uni, & tertium aliquem eligere.
- 39 Institutio potest fieri extra diocesim, & territorium instituentis.
- 40 Adhuc inseruntur, ad num. 45.

**I**NSTITUTIO, seu instituere in beneficiis dupliciter in Jure accipitur, scilicet late, seu pro quocumque provisionis modo; & proprie, seu specialiter. Communis Institutio late accepta comprehendit sub se quamlibet provisionem canonicam, seu modum legitime acquirendi beneficium ecclesiasticum, sive talis Canonica provisio fiat per electionem rite celebratam, & confirmatam, sive per postulationem a Papa admissam, sive per nominationem, seu praesentationem factam a Patrono cum Institutione secuta, sive per Collationem liberam beneficii factam a legitimo Superiore absque praevia Capitulari electione, vel alterius praesentatione, sive per resignationem, sive per permutationem, sive per translationem, auctoritate legitimi Superioris factam; arg. cap. In literis 5. de restit. spoliator. cap. Non amplius 1. cap. Auctoritate 4. cap. Ad decoram 5. & cap. Cum venisset 6. de Institutionibus & cap. Beneficium 1. de Regulis Juris in 6. Vide verb. Beneficia art. 3. Institutio proprie, seu specialiter accepta comprehendit solummodo eam concessionem beneficii, quae per legitimum Superiorem fit cuiusdam ad praeviam praesentationem patroni, & definitur, quod sit concessio ecclesiae seu beneficii auctoritate Episcopi, vel alterius Ordinarii facta, non simpliciter cuius Clerico, sed ei qui est a patrono nominatus, & praesentatus; sic in re communis cum Barbosa part. 3. de offic. & potest. Episcop. alleg. 72. numer. 174. & Glossa in cap. 1. de Institutionibus in 6.

Institutio proprie, & specialiter accepta valde differt a collatione, & praesentatione, textu expresso in cap. Cum illis 16. 6. Cum autem de praebend. in 6. ibi: Cum autem inter collationem, praesentationem, & Institutio-

- 9 nem differentia magna esse noscatur. Praesentatio enim proprie est, & fit, quando a Patrono, cui competit jus patronatus, nominatur seu praesentatur Clericus idoneus Ordinario ad beneficium vacans; communis cum Glossa in cit. c. Cum in illis, verb. Nota insuper. Collatio autem proprie est, & fit, quando beneficium est liberum, & in mera dispositione Ordinarii, & libere confert cui vult, dummodo sit idoneus; & communis cum Glossa l. c. & alia Glossa in Rubrica de institutionibus in 6. verb. Nam collatio: Institutio vero proprie est, & fit, quando beneficium non est liberum in dispositione Ordinarii, sed est de jure patronatus alicujus, ad cujus patroni praesentationem Ordinarius Clericus idoneum praesentatum in tali beneficio instituit, seu ei tale beneficium concedit; communis cum Glossa l. c. Barbosa l. c. n. 272. Abbat. in cap. Auctoritate 4. de institutionibus n. 7. Reiffenstuel lib. 3. decretal. tit. 7. num. 4.
- 8 Institutio est triplex, scilicet collativa, auctorizabilis, et corporalis; Abbas in cit. cap. Auctoritate num. 7. et 8. & Fagnan. in cap. Cum ecclesia 5. de causa possession. num. 28. et seq. Reiffenstuel loc. cit. num. 5. & communis aliorum cum Glossa in cap. Cum Beneficium 1. de regulis juris in 6. ubi circa medium sic expresse habet: "Dicendum, quod triplex est institutio, quaedam est institutio tituli collativa, alia est institutio auctorizabilis quoad commissionem curae animarum, & alia est institutio realis, & actualis, quae vocatur investitura, seu inductio in possessionem realem, & incorporalem." Institutio collativa (quam aliqui verbaliter appellant) ea est, per quam ab Ordinario verbis, aut literis confertur, seu conceditur titulus beneficii Clerico idoneo ad ipsum a legitimo patrono nominato, seu praesentato. Institutio auctorizabilis aliud non est, quam approbatio ad exercendam curam animarum, sive commissio curae animarum, ut expresse dicit Glossa numero antecedenti adducta, & summarium in cap. Cum satis 4. de officio Archidiaconi, ibi: Archidiaconus sine mandato Episcopi non committit curam animarum, id est, non habet institutionem auctorizabilem. Institutio corporalis sive realis, aliud non est, quam inductio in actualem possessionem beneficii, per quam videlicet datur vera, & realis possessio ipsius beneficii per legitimum superiorem alicui collati, & de hac institutione corporali fit expressa mentio in cap. Ad hac 7. de officio Archidiaconi, ibi: Institutio corporalis tam super beneficiis quam etiam dignitatibus ad ipsum (Archidiaconum) debet pertinere. Hac institutio corporalis alio nomine vocatur investitura, installatio, missio in actualem possessionem.
- 12 Institutio collativa de jure communi pertinet ad Episcopum loci, in quo situm est beneficium; cap. Omnes Basilice 10. causa 16. quest. 7. cap. Ex frequentibus 3. de institutionibus; cap. Cum ex injuncto 12. de haereticis in fine. Et sic tenet communis cum Fagnano in cap. Eam te num. 6. de etate, & qualitate, & cap. Auditis mem. 2. de praescriptione. Barbosa part. 3. de offic. & potest. Episcop. alleg. 72. num. 176. & Abbat. in cap. Cum Ecclesia Vulerana num. 8. de electione. Etiam Vicarius generalis Episcopi virtute mandati generalis potest instituere in beneficiis praesentatos a patronis; cap. Ex frequentibus 3. de institutionibus; Glossa ibid. verb. Officialium; Abbas ibid. num. 7. Barbosa ibid. num. 3. & alii communiter. Etiam Capitulum, seu Vicarius capitularis, sede vacante, textu expresso in cap. Etsi capitulum 1. de institutionibus in 6. ibi: "Etsi capitulum sede vacante beneficia, quae ad collationem Episcopi pertinent, conferre non possit, praesentatos tamen a patronis potest admittere, si sint idonei, & eos instituere in beneficiis, ad quae fuerint praesentati, licet ad Episcopum (si superesset) admissio, & institutio hujusmodi pertineret."
- 15 Praelatis inferioribus non competit de jure communi potestas instituendi in beneficiis praesentatos; communis arg. cap. Omnes Basilice 10. cau. 16. quest. 7. cap. Ex frequentibus 3. de institutionibus; cap. Cum ex injuncto 12. de haereticis in fine; cap. Etsi capitulum 1. de institutionibus in 5. Potest tamen ipsis talis instituendi

facultas competere ex aliquo jure speciali, v. gr. ex privilegio, fundacione, aut praescriptione legitime completa; Barbosa de offic. & potest. Episcopi part. 3. alleg. 72. n. 184. cum aliis ibi allegatis, Pirhing. l. 2. decr. tit. 7. n. 6. Reiffenstuel ib. n. 5. Azorius part. 2. l. 6. c. 22. art. 5. & alii, & ostenditur conclusio per singulas partes.

Quod enim possit eis competere talis facultas ex privilegio, seu speciali concessionem, colligitur ex cap. Saepius per eo 15. de officio Delegati, ex cap. Ex frequentibus 3. de institutionibus; juncta Glossa verb. Officialium, et cap. Cum satis 4. de officio Archidiacon. ibi: Sine licentia & mandato Episcopi.

Quod possit eis competere talis facultas ex fundacione saltem ab antiquo facta, colligitur ex c. Significatum 11. de praebend. c. Praeterea 23. de Jurep. & c. Quanto 16. de consibus, ex quibus desumitur posse fundatorem beneficii in limine fundacionis adijcere quascumque voluerit qualitates, leges, seu conditiones sibi benevolens, ceteroquin possibiles, ac honestas cum consensu Ordinarii unde si in limine fundacionis de consensu Episcopi fuerit apposta qualitas ista, seu conditio, ut institutio in tali beneficio pertineat ad inferiorem, poterit quidem talis inferior instituere praesentatum ad ipsum; Abbas in cap. Cum dilectus n. 4. de consuetudin. Barbosa lib. 3. juris eccles. univers. cap. 12. num. 208. Pirhing. loc. cit. num. 6. Reiffenstuel loc. cit. num. 28. & alii. Dicitur autem non tantum ex fundacione saltem ab antiquo facta, quia in novis fundacionibus non potest amplius poni talis lex, seu conditio, eo quod Concilium Tridentinum sess. 14. c. 12. de reform. provide decrevit, ut in casu fundacionis, aut dotationis, hujusmodi institutio Episcopo, & non alteri inferiori reservetur. Hinc Sacra Congregatio ejusdem Concilii Interpres consulta, an in iuribus patronatus, quae post Concilium acquiruntur, reservari possit institutio alteri, quam Episcopo; respondit non posse in Ecclesiis etiam exemptis, nisi Rector illius ordinaria fungeretur jurisdictione, sic refert Fagnanus lib. 1. decret. in cap. Cum Ecclesia Vulerana 31. de electione n. 51.

Quod possit eis competere talis facultas ex consuetudine, colligitur ex cap. Dudum 54. §. Sed cum in jure, de electione. cap. Dilectio 10. de officio Archidiaconi cap. Cum venisset 6. de institutione. cap. Referente 7. de praebend. c. Ad hac 2. de excessibus. Praelat. Et tenent Glossa in cap. Super eo 15. verb. Archidiaconus, de officio Delegati, & alia Glossa in cit. cap. Referente verb. Assignavit; Fagnan. in cap. Eam te 4. de etate, & qualitate num. 7. Abbas in cap. Cum satis 4. de officio Archidiaconi; Seraphin. decis. 309. num. 9. Reiffenstuel loc. cit. num. 30. Barbosa cit. allegat. 72. num. 184. cum aliis ibi allegatis. Quod possit eis competere talis facultas ex praescriptione legitime completa, colligitur ex c. Placuit 1. cap. De quarta 4. cap. Ad aures 6. cap. Auditis 15. & cap. Cum olim 18. de praescriptionibus. Et de praescriptione immemoriali tenet Barbosa cit. alleg. 72. num. 184. citans Martium Antonium varior. resol. l. 1. resol. 47. num. 6. & Lambertinum l. 2. part. 2. quest. 1. princip. art. 10. Immo Azorius part. 2. l. 6. cap. 22. quest. 3. Pirhing. loc. cit. num. 6. Reiffenstuel loc. cit. num. 35. & alii istud concedunt absolute de praescriptione, & non necessario requirunt immemorabilem, ut requirit Barbosa loc. cit. idque juxta generalia principia in materia praescriptionis tradita solita, & sic tenet etiam Fagnanus in cit. cap. Auditis num. 6. ubi dicit, quod Praelatus inferior, si solus instituerit, spatio annorum quadraginta praescribit, excluso Episcopo, & idem sentire asserit Alexandrum de Nevo in citat. cap. Auditis n. 25. & Immoentium in cap. Cum olim, de restitut. spoliator.

Praelatis inferioribus etiam Regularibus competit jus instituendi in ecclesiis sibi pleno jure subjectis, colligitur ex cap. in Lateranensi 31. de praebendis; argumentum ad sensum contrario desumpto ex sequentibus verbis, ibi: "Statentes nihilominus quatenus (Religiosi) in ecclesiis, quae ad ipsos pleno jure non pertinent, juxta ejusdem Concilii statuta Episcopis instituendos Presbyteros representant, ut illi de plebis cura respondeant;" concordat Clement. unica de excessibus praelat. §. Quidam praeterea, & cap. Cum & plantare 3. §. In ecclesiis



sils, de privileg. ubi Glossa verb. Pleno jure infert, quod in ecclesiis plano jure, id est spiritualibus, & temporalibus ad Religiosos pertinentibus, nihil possit Episcopus atrenare in illos, & ita institutio, quoad temporalia, & spiritualia ad ipsos pertinet; c. Visis literis l. caur. 16. quest. 2. & tenet Fagnan. in cap. Cum venissent 6. de institutionibus n. 14. Barbosa d. allegat. 72. n. 184. Pirhing. l. c. n. 6. Reiffenstuel l. c. n. 34. & alii.

23 Laici quicumque sint, nullo modo possunt proprie instituere Clericum in aliquo beneficio; colligitur ex cap. Præterea quis 4. de Jurepatronatus, ubi Laici, qui Clericos instituere, vel destituere præsumunt in ecclesiis, etiam patronatus, jubentur excommunicari. Item ex c. Si quis deinceps 12. & cap. Quoniam 13. caur. 16. quest. 7. ubi Clericus non solum poenæ suspensionis, sed etiam excommunicationis subjacere decernitur, qui investituram ecclesiarum contra statuta Sanctorum Patrum de manu Imperatoris, vel Regis, aut alterius laicæ personæ suscipere præsumperit. Et ratio est, quia potestas instituendi in beneficiis est spiritualis, cujus incapax est laicus, cap. Decernimus 2. de judicis, & cap. Causam 7. de præscript. cum similibus.

24 Institutio auctorizabilis, sive potestas conferendi curam animarum de jure communi pertinet ad Episcopum solum privative ad Prælatos inferiores, nisi habeat jurisdictionem quasi Episcopalem in Clericum, & populum privative ad Episcopum, textu expresso in cap. Cum satis 4. de offic. Archiepiscopi, ubi Glossa fin. & DD. communiter, & concordat cap. Nullus 1. caur. 16. quest. 7. ubi id expresse statuitur. Dicitur autem non tamen, nisi habeant jurisdictionem quasi Episcopalem in Clerum, & populum privative ad Episcopum, quia tales Prælati inferiores sunt nullius diocesis, & sunt ita constituti in proprio territorio, ut veniant nomine diocesanis, juxta Glossam in Clemen. 1. verb. Diocesanis, de foro competent. & Abbatem ibi num. 15. Cardinal in quarta quest. num. 2. Imolam num. 38. Vitalin. num. 4. Unde, quia omnimodam habent jurisdictionem in Clerum, & populum privative ad Episcopum, hoc ipso obtinent potestatem tradendi curam animarum quam nemo alius præter Papam posset concedere; Fagnanus lib. 1. decretal. in cap. Eam te num. 4. de etat. & qualitate, & in cap. Cum contingat num. 31. & 37. de foro competent. allegans sententiam Sac. Congregationis Concilii. Reiffenstuel loc. cit. num. 37. & alii communiter. Institutio auctorizabilis, seu potestas conferendi curam animarum non potest competere neque vi consuetudinis, seu præscriptionis, Prælati inferioribus non habentibus proprium territorium privative ad Episcopum; c. Cum satis 4. de offic. Archiepiscopi, ubi Alexander III. Elianensi Archiepiscopo (qui sine licentia Episcopi sui committebat curam animarum, dicens hoc ex consuetudine sibi licere, prout refert Glossa in casu ibidem) rescriptis in hæc præcisa verba: "Quoniam igitur obtentu alicujus consuetudinis non debet contra SS. Patrum constitutiones venire, & quod ad tuum non spectat officium vindicare, mandamus, ut nemini sine licentia, & mandato Episcopi curam præsumas committere animarum;" & sic tenent in dict. cap. Cum satis. Abbas num. 3. Joann. Andr. ibid. n. 6. & 18. Layman notand. unice. Fagnan. in cit. cap. Eam te, de etat. & qualitat. num. 3. Azorius part. 1. lib. 5. cap. 19. §. Consuetudo item: Pirhing. lib. 1. decretal. tit. 23. num. 13. Reiffenstuel lib. 3. decretal. tit. 7. n. 38. & alii arg. cit. cap. Cum satis 4. de offic. Archiepiscopi, & Concil. Trident. sess. 7. cap. 13. de reformat. ubi statuit, nullos Clericos posse institui etiam prætextu cujusvis privilegii, seu consuetudine etiam ab immemorabili tempore præscriptæ, nisi fuerint prius à locorum Ordinariis examinati, & idonei reperi; unde patet, nulla consuetudine introduci posse, ut in ecclesiis Episcopo subjectis sine ejusdem approbatione ab aliquo Prælo inferiori instituantur Clerici ad curam animarum; quidquid in contrarium sentiant Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 2. allegat. 72. num. 185. & nonnulli alii ab ipso citati, & post ipsum Engel lib. 3. decret. tit. 7. num. 8.

Institutio corporalis, seu realis, vulgo investitura, seu installatio, spectat jure communi, spectat ad Archiepiscopum, textu expresso in cap. Ad hæc 7. §. In quadam, de officio Archiepiscopi, ibi: Institutio corporalis tam super beneficiis, quam etiam dignitatibus ad ipsum (Archiepiscopum) debet pertinere. Dicitur autem non tamen spectat jure communi, quia ex consuetudine tale jus est Archiepiscopo sublatum, & Episcopo etiam adjudicatum, ita ut fere ubique institutio corporalis, seu investitura in beneficiis jam pertinet ad Episcopum, vel delegatum ab eo; arg. cap. Licet Episcopus 28. de præbend. in 6. Gonzal. in cit. cap. Cum satis de officio Archiepiscopi num. 3. Barbosa de dignitatib. c. 5. num. 3. Card. Petra t. 3. comment. in const. 4. Calisti III. num. 123. Covarrub. l. 2. variar. resolut. cap. 16. num. 7. ver. Tertius casus: Engel lib. 3. decret. tit. 7. num. 5. Reiffenstuel ibid. num. 44. alii passim.

25 Is, ad quem spectat collatio beneficii, non potest seipsum instituere; communis textu expresso in cap. Cum ad nostram de institutionibus, assignata ratione: Cum inter dantem, & accipientem debeat esse distinctio personarum. Immo is, ad quem spectat collatio beneficii, nec ab alio à se delegato potest institui; communis textu expresso in cit. cap. Cum ad nostram, ibi: Sed nec ab alio beneficium recipere potuit; cum jus conferendi alius non haberet; Delegatus enim non conferet jure proprio, sed jure, aut auctoritate delegantis cujus personam representat, ac vices gerit, & ideo in effectu delegans sibi ipsi conferret beneficium, & se ipsum institueret, nam, ut dicitur in cap. Qui facit 72. de regul. juris in 6. Qui facit per alium, est perinde, ac si faciat per se ipsum.

26 In beneficiis ecclesiasticis laici non possunt institui, sed soli Clerici; communis arg. cap. In ecclesia vestra 2. de institutionibus, ubi: Cum laici non debeant in Canonico numero computari, & ideo excluduntur laici, ut sine speciali dispensatione apostolica nequeant institui; nec sufficit, si post institutionem in beneficio, vel etiam collationem ipsius, fiat Clerici suscipiente primam tonsuram; arg. cap. Ex literis 6. de transactionibus, & notat Glossa fin. & Abbas ibid. num. 3. & alii communiter. Clerici possunt institui in beneficiis certum ordinem sacrum requirentibus, licet istum nondum habeant, dummodo intra tempus à jure statutum possint ad requisitum sacrum ordinem promoveri, & alii sint idonei; communis textu expresso in cap. Si is 2. de institut. in 6. ibi: "Si is, ad quem Recltoris presentatio in aliqua parochiali ecclesia noscitur pertinere, quempiam non constitutum in sacris presentet, & eam ipsam (dummodo aliis sit idoneus, & infra tempus à jure statutum ad ordines, quos ipsius ecclesiæ cura requirit, valeat promoveri) decernimus admittendum."

27 Tempus institutionis presentatorum faciendæ in beneficiis non reperitur à jure præfixum, & determinatum, dummodo non diu differatur; communis cum Corrad. cap. 7. num. 11. Lotter. quest. 13. num. 59. Pirhing. lib. 3. decretal. tit. 7. n. Garzia part. 10. de beneficiis cap. 4. num. 1. & Rota in Devion. Juris Patronatus 8. Febr. 1499. coram D. Penna, in qua fuit dictum, quod beneficium non est devolutum ex eo, quod Ordinarius disrulerit instituire, cum non sit tempus præfixum & c. ut ex Garzia refert, & tenet Reiffenstuel lib. 3. decret. tit. 7. n. 73. & Barbosa de offic. & potest. Episcopi, decis. 5. de Jurepatr. in novis. Si autem habens potestatem instituendi presentatos sit negligens, ac plus æquo differat, seu penitus recuset instituere, tunc recurrendum est ad superiorem, v. gr. ad Archiepiscopum, qui Episcopo præfigat certum tempus ad instituendum, quo elapso ipse Archiepiscopus potest supplere, vel compellendo Episcopum ad instituendum, vel ipsemet instituendo presentatum, ne ex diuturniori vacatione beneficiorum, ac defectu Rectorum, ecclesiæ vacantes diutius patiantur in divinis, & aliquod grave dispendium pariantur in facultatibus suis, & si sint curata, grave periculum imminet animarum, ut dicitur in cap. Ne pro defectu 41. de elect. & sic tenent Doc-

tores passim cum Reiffenstuel loc. cit. num. 74. Antonell de tempor. legal. lib. 3. cap. 17. num. 2. Barbosa loc. cit. Ob quam causam S. Pius V. constituit. incip. In conferendis: statuit, ut in parochialibus cujuscumque juris patronatus institutio fiat intra bimestre à die presentationis computandum, quo tempore Ordinarii (sunt verba Bullæ §. 4.) Institutionem facere negligentibus porint patroni pro hujusmodi institutione obtinenda habere recursum ad Sedem Apostolicam, vel viciniorum Ordinarium, sicut ad Sedem Apostolicam, Antonell. de tempore legal. l. 3. cap. 17. num. 3. Reiffenstuel loc. cit. n. 74. Pax Jordan. tom. 2. de re benef. l. 10. tit. 17. de Jurepatr. num. 406. & alii communiter. Castropalao autem apud La Croix l. 4. num. 167. dicit fieri non debere institutionem durante tempore concessio ad presentandum; tum quia laicus interea potest variare, tum maxime quia possit aliàs interea prætere, & probare jus presentandi.

28 Ritus, seu modi realiter, & corporaliter instituendi, seu investiendi in beneficiis, solent esse varii pro diversitate locorum, ut notat Engel lib. 3. decret. tit. 7. num. 5. & 6. Pirhing. ibid. num. 1. Zoesius ibid. n. 4. Reiffenstuel ibid. num. 49. Sanning. eodem tit. cap. 4. num. 4. & alii. Unde in praxi expedit laudabiles cujuslibet loci consuetudines, & ritus realiter, seu corporaliter instituendi, vel investiendi in beneficiis ab antiquo usitatos observare; arg. capit. Cum tanto 11. de consuetudine. Institutus quoad titulum in beneficio quamvis non possit ejus possessionem capere propria, & sola sua auctoritate, accedente tamen consensu, seu licentia legitimi superioris volentis tradere possessionem corporalem, potest eam capere nullo alio modo introducente in ipsam, ut passim fatentur Doctores, eo quod jam interveniat auctoritas Superioris; Abbas in cap. Auctoritate 4. de institutionibus; Covarr. Varior. resolut. lib. 3. cap. 16. num. 7. Rebuffus in praxi beneficior. tit. de missionis in posse. num. 6. Layman in cap. Nosti num. 4. de election. Engel l. 3. decretal. tit. 7. num. 5. Reiffenstuel ibid. n. 52. Jul. Clar. in §. Feudum quest. 26. num. 1. Jason. l. Si ex stimulatione num. 5. ff. de acquirend. possess. & alii, & observatur passim pro beneficiis erectis in ecclesiis Regularium, pro quorum possessione sufficit legitima institutio, seu respectiva legitima collatio, nullo alio introducente; maxime cum rerum possessio possit etiam acquiri traditione scripturæ, aut instrumenti, in quo jus tradendis continetur, per textum in l. eod. de donationibus ubi dicitur, quod qui tradit instrumentum, videtur tradere possessionem rei. (Concordat lex 8. tit. 30. p. 3. Ad rem leges 17. & 44. Tauri 1. tit. 6. 4. tit. 7. lib. 5. Recop. cap. 1.)

29 Instituent potest gratificari, quando duo ab eodem patrono laico presentati sunt æque digni, textu expresso in cap. Cum autem 24. de Jurepatr. Quando plures patroni diversos æquali numero suffragiorum presentant, si moniti nolint consentire in unum, & Episcopus neutrum ex presentatis possit instituere absque atroci scandalo facti, tunc potest Episcopus gratificari uni, & tertium aliquem eligere; Lotter. quest. 6. num. 27. La Croix l. 4. num. 364. cum variis aliis. Institutio potest fieri extra diocesim, vel territorium instituentis, cum sit actus voluntarius, & extrajudicialis; Garzias, Gonzalez, Laurentius, & alii cum La Croix l. c. n. 366.

30 In fundationibus post Concilium Tridentinum factis haud posse institutionem reservari inferiori carenti ordinaria jurisdictione, præter allegatos ab Auctore num. 19. recte firmavit Rot. cor. Molin. decis. 158. n. 5. & seq. licet de hoc dubitasse videatur postmodum idem supremum tribunal in Colonia. Vicaria de Buttgen. 9. Martii 1750. §. 8. cor. R. P. D. Canillac.

31 Et ut probe monuit Rot. cor. Molin. d. decis. 158. num. 7. & 8. Concilium Tridentinum dum sess. 14. cap. 12. de Reformat. vetat in fundationibus reservari institutionem inferiori carenti jurisdictione ordinaria, intelligendum est non de institutione auctorizabili, sed de institutione collatiua.

32 Institutionem auctorizabilem, Vicario tamen nomine Episcopi, competere etiam posse præscriptione Prælati inferiori, qui careat territorio separato, jurisdictionem

vero ordinariam habeat, contra quam tenet Auctor n. 26. firmavit pluries Rota, signanter in Burgen. Jurisd. S. Joann. super territorio separato 10. Dec. 1725. §. 18. 2. Jun. 1726. §. 10. cor. bon. mem. Cerro, & 9. Jan. 1728. §. 19. cor. bon. mem. Rati, inter impressas decis. 163. num. 13. & 28. Martii 1735. §. 15. 20. & Januar. 1737. §. 12. cor. Rev. P. D. Bustio Decano, & 16. Maji 1738. §. 15. cor. clar. mem. Calcegin. Atque hinc tenent in mox allegatis decisionibus, auctorizabilem institutionem argumentum haud præbere territorii separati.

Quando processum ab Ordinario dici debeat potius per viam institutionis, quam gratificationis, vel e contra, vide apud Rot. in Majoricen. Beneficij 4. Dec. 1744. cor. bon. mem. Vicecomite, in Colonia. Personus 14. Febr. 1746. cor. R. P. D. Canillac. & 13. Martii 1747. cor. bon. mem. Vicecomite. & 19. Januarii 1748. cor. Illustriss. Molin. & (Vide verb. Abbas, & Beneficium.)

**INSTRUCTIO PAROCHORUM, & aliorum confessoriorum, pro casibus, pro quorum absoluteione, seu dispensatione recurrendum est ad Sacram penitentiarium.**

**SUMMARIUM.**

- 1 Finitis proponitur ob quem traditur hæc instructio: quid efficere debent confessarii in casibus occurrentibus: formula scribendi Cardinali Penitentiariorum ejus explicatio: exemplaria occurrunt innoturibus, ad num. 7.
- 2 Formula literarum dispensationis adducitur: quomodo ejus clausule intelligenda, ad num. 31.
- 3 Clausula gratis quid importet: formula adducitur danda absoluteioni, & an absoluteo possit impetrari, si iterum copula ante dispensationis executionem quid si potest, & quando gratia concessa expiret, ad num. 35.

Cum sæpe contingat, penitentes censuris, irregularitatibus, votorum obligationibus, matrimoniorum impedimentis, aliisque hujusmodi casibus reservatis ad Sacram Penitentiarium, seu Sanctam Apostolicam Sedem spectantibus, irretitos accedere ad parochos, seu confessorios, qui præsertim in pagis, aut locis ruralibus viam, ac modum recurrendi ad dictam Sacram Penitentiarium non plene & plane sciunt; indeque ipsis penitentibus non parva, ac pauca mala, & incommoda obveniunt; ad ipsa evitanda traditur hic brevis instructio, qua omnibus prædictis recurrendi modus, ac via explanatur.

Parochi igitur, alique confessarii, ad quos similes penitentes accesserint; debent ipsos diligentissime examinare circa causas, omnesque circumstantias suorum casuum; ipsisque bene perceptis, ac caute perpenis, poterunt casus plene cum omnibus suis causis, & circumstantiis expressos, reticito tamen nomine, & cognomine penitentis, scribere per simplex NN. in charta quocumque idioma, sive latino, sive vulgari, ac nativo propriæ regionis, cum Sacra Penitentiarium suæ quacumque regione penitentiariorum subordinatos habeat; debentque in fine perfectæ expositionis casus significare modum, & viam, per quam à Sacra Penitentiarium responsio securi dirigi possit, notando videlicet oppidum, seu civitatem, diocesim & provinciam cum expressione nominis, & cognominis, cui sit scribendum; quamvis tale nomen, & cognomen sit scitum, & casum sic expressum cum data diei, mensis, & anni poterunt directe per postam, seu communem publicum tabellarium mittere Romam Eminentiss. majori Penitentiarium in hunc modum.